



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Avla ... Thesavorvm Dei In Passione D. N. Iesv Christi
Effusorum ad Resvrrectionem Mvltorum**

Eyschen, Georg von

Coloniæ, 1655

§. 219. Dixit enim: quia filius Dei sum. v. 43.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45515

illum à morte excitabit, & ipse ad patrem in cœlum conscenderit.

Sed nunc secum quisque perpendat, multaque cum passione & dolore meditetur, qua p̄issimum Christi cor fuerit pæna afflictum cum ipse, eius natura bonitas est, vitulentam illam atque obstinatam cerneret malitiam Iudæorum, simulque per diuinam suam nosset sapientiam, quam improbo liuidoq; ex corde hæc probra & blasphemias euomenterent: Et reuera si quid insuper in eum conuictorum aut iniuria conferre potuissent, neutram sibi temperassent. Vnde ad extremum cum aliud nil ei obijcere posserent adiecerunt.

§. 219. *Dixit enim: quia filius Dei sum. v. 43.*

O gens scelestæ & impia! quo te malignus adduxit spiritus, ut patri misericordia suam obijcias bonitatem qua inductus se tibi reuelare, & tecum facie ad faciem loqui dignatus fuit. itane iniuria tibi ab eo facta est, quod paternum suum laxans sinum, diuinitas gratia suæ effudit? eundem demum tua pro salute morti obijcens soluit grauissimum debitum tuum pretioso sanguine dilecti filij sui! Et hisce pro beneficijs tu in eum blasphemias euomis tanquam qui non poscit opem ferre filio suo, qui defunctos omnes unico verbo reuocabit ad vitam; quique iam ante & cælum & terram verbo condidit, & omnia quæcumque voluit fecit in cœlo & in terra, in mari & in omnibus abyssis.

Omnipotens, æterne & misericors Pater, qui noluisti filium tuum libetare a tormentis extremis & morte turpissima, ut vitam nobis procuraret æternam morte sua, cum hanc tuam gratiam non modo non agnosceret voluerint Iudæi, sed & eam blasphemauerint in grati, & infideles, te superplex ex toto corde oro, ut in hac peregrinatione non ita excærer, sed relictis devijs rectam viam fidei Catholicae cognoscant, nec ab hac semita unquam deflestant, da etiam veram & Christianam dilectionem mutuam & ardentem tui amorem, ut tibi omni tempore pro beneficiis redemptionis tuæ gratias sim & fidelis.

§. 220. *Dixit enim quia filius Dei sum. v. 43.*

Dixit & vere probauit: probauit & pater eius cœlestis voce de cœlo lapsa publicè in eius baptismate ad flumen Iordanis teste etiam S. Ioanne filio Zacharia summi Sacerdotis, & vobis ipsiis meraudientibus. *Hic est filius meus dilectus in quo mihi complacui, ipsum audite:* probauit & demonstrauit eum vobis spiritus sanctus cum in specie columba aduolauit in baptismate & super eum sedidit, probauit eum filium osce Dei. *Pater* S. Ioannes Baptista,

T. 3.

cum